

RUSS

28

logr. er. D
1546, 76

f

PROGRAMMA

QVO

ORNATISSIMI FLORENTISSIMIQUE IUVENIS

CHRISTOPH. CAROLI THEO-
DORI BERCKELMANNI

ORATIONEM VALEDICTORIAM DE PERVERSA

STVDIIS OPERAM NAVANDI RATIONE VIII. ID.

OCT. A. MD CC XXVIII. IN ILLVSTRI COLLE-

GIO PAEDAGOGIOQVE ILFELDENSI HABEN-

DAM INDICIT, DEQVE STIRPE IPSIVS PATERNA

MATERNAQVE ALIQVA VIRTVTVM ΕΒΛΚΤΗΡΙΑ

ADSPERGIT

IO. HENR. STVSS

ILL. GYMN. GOTH, RECTOR DES,

NORDHVSÆ

LITTERIS COELERIANIS,



Biogr. erud.

D. 1546,76

Handwritten notes:
F. C.
Vitt. Berckelmann

TRALATITIVM, et omnium saeculorum experientia comprobatum est Horatianum illud: quo *fortes creari fortibus et bonis, nec imbellem feroces progenerare aquilas columbam*, non humilis ille Romanae fidicen lyrae adserit. Neque solum innumera illustrium familiarum exempla, quae heroes in sago et toga inclitos magno numero tulerunt, quorumque largam messem grandia illa vniuersae fere rei historicae promptuaria, *Moreriana, Baeliana, Buddeana*, seu, *Simauis, Lipsiensis* suppeditant; verum etiam quae eximia eruditionis flore et fructibus per integra saecula effloruerunt, caputque, cupressorum instar lenta inter viburna, extulerunt, litteratae stirpes satis illud superque testantur. Quis enim in orbe erudito tam peregrinus, quis in republica hodiernorum non gente, sed doctrina Latinorum, Graecorum, Hebraeorum, tam hospes est, qui illustrem et peruagatam, longaue serie a proavis celeberrimis in nepotes minime degeneres continuatam **FABRICIORVM, CARPZOVIORVM, OLEARIORVM, LYSERORVM, MEIBOMIORVM,**

RVM, WIDEBURGIORVM, SPANGENBERGIORVM,
OSIANDRORVM, BUXTORFIORVM, ZWINGERORVM,
et aliorum, quos enumerare longum, gloriam
ignoret? Immo in officinis bonarum mentium,
quod per experimenta sane iucunda didici, ut plu-
rimum eminere, palmamque aliis praeripere so-
lent litteris probe excultorum parentum ab in-
cunte aetate ad eadem legenda vestigia adsucfa-
eti filii. Siquidem, et teste poeta, a teneris
adsuescere multum est. et (*)

*Fingit equum tenera docilem ceruice magister
Ire viam, quam monstrat eques. venaticus ex quo
Tempore ceruinam pellem latrauit in aula,
Militat in siluis catulus, nunc adhibe puro
Pectore verba puer, nunc te melioribus offer.
Quo semel est imbuta. . . cetera.*

Horum in censum, qui gentilitia quadam *εὐφροιά*
celerius proficiunt, aliosque in cursu studiorum
anteuertunt, referendum omnino esse scholae Ne-
andrinae, suae per quadriennium nutrici et edu-
catrici benignae vale iam, qua par est, pietate
dicturum CHRISTOPHORVM CAROLVM THEODO-
RVM BERCKELMANNVM, et rerum testimonia,
hoc

(*) Hor, lib, II, epist: II.

et ipse locus suburbanus, et vicina Gottinga, et
inclita HELMOLDIORVM familia, parochiae, seu
verius, paroeciae Gronensis patrona, meritorum
eius in ecclesiam, cui per annos xxxix et menses
vi praefuit, a. quippe c13 13 cc xxii ex aerumnis
huius vitae, per annos ferme Lxiv toleratis, in
sedes beatorum translatus, beneuolam certe me-
moriam seruabunt.

Redeo ad BERCKELMANNVM meum a pia qua-
dam laudatione aui ipsius materni, patris mei post
fata suo merito venerandi, atque hoc nepote ex-
cultis animi dotibus laetiozem in modum efflore-
scente, si viueret, certe vehementer gauisuri:
iamque, vt currenti calcar addam, et *decora alta*
parentum e familia Berckelmanniana eo lucidius ob
oculos ponam, subiungo gratulationem proaui
ipsius filio primogenito a. c13 13 cxli in academia
Argentoratensi a viro summo sequenti ratione
scriptam:

Eximie docto politoque HENR. LAVRENTIO BERCKELMANNO *Ma-*
gisterii honores, et primum inter competitores locum
ex animo gratulatur IO. HENR. BOECLERVS, *eloq. prof.*
ord. et h. t. vniuers. rector.

Dum vota BERCKELMANNVS *implet publica,*

Dum spem PARENTIS *aequat, acquando excitat,*

B 2

Es

Et excitatam denuo praecurrere
Non differet; dum candidatos artium
Sapientiaeque mente semper aemula
Sequitur, incitat, rapit, ducit, praecit:
Congratulatur Phoebus et sibi, et patri,
Et filio, et nobis, et omnibus suis
Musis, fauorem publice disseminans,
Honoris atque praemii largus dator.
Hinc praenitens auro manus, mitra caput,
Praeconioque nomen, indicant satis
Novum magistrum, cui Deus iungat novum
Doctorem, ac ecclesiae denique
Decus. Precamur ista freti caelico
Favore; quodque pignus interim dedit
Sui, vigore praeminentis indolis,
Haec vota nobis monstrat, haec fata indicat.

Missis in eundem HENR. LAVR. BERCKELMANNVM
summorum theologorum, DANHAVERI, ET DOR-
SCHAEI carminibus, patri THEODORO admodum
honorificis, facere non possum, quin ipsius THE-
ODORI, poetae excellentis, verbis propositam sub-
jungam explicationem insignium familiae BERCK-
KELMANNIANAE, quae attagenem, einen Birckhahn,
galeaeque mediae impositum nonnihil frondis betulae, in-
clusae ex utraque parte pedibus ursinis repraesentant.
En interpretem signorum suorum optimum
carmi-

carmine ad fatrem LAURENTIUM BERCKELMAN-
NVM Ducis Brunf. ac Luneb. Camerae Praefectum
scripto a. CIC 13 CXI.

*Adspice quid gallus velit adplaudibus alis,
Vrsinique pedes; betula fronde virens,
Peruigil obseruat caelo stata tempora gallus,
Et cantu excitos ad noua pensa vocat,
Fortiter ast velus, si iusta coegerit ira,
Hostem, alias placidus, dente manuque premit,
Quis testae frondis, virgae quis nesciat usum?
Romanos fasces betula (*) sola dedit.
Tu vigili studio vestigans optima, caeli
Iustitiaeque memor, quae peragenda, mones,
Hostibus haud cedens, virtute, et Numine fretus
Fortiter auertis damna parata tibi,
Oderit usque malus! pariens patientia palmam
Cinget honoratum fronde virente caput.
Omnibus haec palma in medio est, decerpere ramum
Cui libet, haud alia conuenit ire via.*

Haec e multis, quasi ramulum e silua decerpis-
se sufficiat. Neque enim pluribus huiusmodi, aut
repetitione monitorum, e fontibus philosophiae
cum sacrae, tum et rationalis, et moralis publice
priuatimque assidue ingestorum ad excitandum
nostrum

[*] De betula *PLINIVS Hist. nat. lib. XVI. cap. XVIII.*
Gallica haec arbor, mirabili candore atque tenuitate; terri-
bilis magistratum virgis; eadem circulis flexilis, item cor-
bium sportis; bitumen ex ea Galliae excoquunt,

nostrum, vt tam praeclaris vestigiis insistat, opus
esse censeo. Siquidem ipse delecto sua tibi sponte
eximio argumento orationis, tot aliis publice re-
citat, et studiis suis Ilfeldensibus coronidem im-
positurae, satis declarat, cupere se generosiore nisu,
spretis inanibus pigmentis atque offuciis, et euita-
tis vulgi erroribus ac perniciosis auis, recta et re-
gia via, in qua labore quidem et sudore opus, ad
eruditionis arcem, et *edita doctrinae sapientum templa se-
rena*, palmamque ibi in medio positam contende-
re, atque in ipsa adyta penetrare. Orationem enim
copiosam, et obseruationum bonae frugis plenam
conscripsit *de peruersa studiis operam nauandi ratione*,
qua cum alia sapientiae, ac eruditionis impedimen-
ta, tum et hanc praecipuam errorum et irriti labo-
ris causam persequitur, quae ex neglecto sanioris
logices studio pendet, dum nulla aegrae menti ad-
hibetur medicina, nulla morborum non intelle-
ctorum, aut deamatorum spectatur curatio, nulla
viam per scopulos et syrtes, in portum sapientiae
mentem tranquillantis, monstrat Pharus intelle-
ctus, nullum per labyrinthos scientiarum ducit
filum Ariadnaeum. De hoc nobili argumento prae-
fatus

de peruersa studiis operam nauandi ratione

hoc loco cognita demonstrant, et qui PARENTEM
SUMME REVERENDUM, ET GENVS, ET PROAVOS
norunt, non difficulter credent. Ex quo e-
nim cum probabili logices, matheseos, historiae
ciuilis ac litterariae, et aliarum disciplinarum co-
gnitione, materiam non futilem oratori suppe-
ditante, solidioris etiam eloquentiae gustum
percepit, maxime e principe ipso Ciceroe, et
felici huius imitatore Mureto, tum et selectis o-
ptimorum in lingua Teutonica oratorum exem-
plis, et poeseos quoque, in primis Teutonicae,
delicias non primoribus saltem labris degustauit,
sed pleno quasi haustu imbibit; tot, tamque exi-
mia, elaboratis, et partim recitatis variis orationi-
bus edidit ingenii ad inueniendum et ornandum,
non sine moderante tamen iudicio, vberis atque
foecundi specimina; tam copiose etiam, et saepe
ex tempore, vt Horatiano verbo vtar, manauit
poetica mella, vt facile auitam illam, et haeredi-
tariam in eo venam poeticam, patriaeque virtu-
tis, et erectioris indolis faustam propagationem
agnosceres. Haec autem qualis sit, malo, ne
quid amori in cognatum dare videar, aliorum,
quam

quam meis verbis exponere. Graue testimoni-
um aetatis vernantis in optimarum litterarum
studio probe et feliciter exactae PARENTI ipsius
venerabili, consiliario hodie REGIS M. BRITAN-
NIAE ET ELECTORIS BRVNS. AC LVNEB. ecclesi-
astico, atque principatus Grubenhagensis Super-
intendenti generali, IOANNI IVSTO BERCKEL-
MANN, cum ille a a. c. 15 15 c. c. xiii. Pastor ecclesiae
D. Albani, quae est Gottingae renunciaretur,
epistola gratulatoria, qua dimidium saeculi am-
plius Gymnasium a ruina se defendere, nec dum
more de pontani senis rudem spectare ait, perhi-
buit IVSTVS A DRANSFELD, Gymnasii Gottingen-
sis rector, et Theol. professor immortaliter pro-
meritus, hisce inter alia verbis: *In Lyceo TV eras
meae deliciae, meique amores. Ingressus Pindum nostrum
TV flosculos decerpebas fragrantis. Sedulo discebas linguas
cum quas Cicero et Isocrates, tum quas Moses et Prophetae
loquuti sunt. Principia scientiarum e fonte Aristotelico hau-
riebas. In theatro et cathedra eloquentiae specimina pulchra
edebas: atque ita mature TIBI comparabas quibus opus est et
ad differendum, et ad dicendum. In academia Iulia aliquot
annos ductu et doctrinis excellentissimorum Professorum,
maxime τὸ πάλιν doctoris, abbatis SCHMIDII, animi bona in TE
mu-*

munifice collata, optatis occasionibus, auxisti minime vul-
gariter, coluisti, exercuisti que eo pacto, quod supra cetera
curae fuit b. TVO PATRI, M. PETRO VALENTINO BERCKELMANNO,
annos XII. ante Siboldeshusano, post Rostorffensi ecclesiastae,
viro insigniter erudito, et litteris interioribus polito; quod
AVO TVO, at quanto viro! abbati THEODORO BERCKELMANNO,
Theol. doctori, eiusque in academia Iulia professori ordi-
nario, et post superintendenti generali ecclesiarum ducatus
Gottingensis ac professoris Theol. in Gymnasio; quod item
curae fuit PATRIS TVIS, COGNATIS ET AGNATIS, viris claris-
simis; quod et curae fuit SOCERO TVO, viro pl. reuerendo
MATTHIAE CHRISTOPHORO STUSSIO, ecclesiastae Grönensi optime
merito, amico meo integerrimo, atque oblitteras interiores,
quibus in nostro quoque Gymnasio olim plane imbutus est,
longe carissimo. TV, dum TE noui, proposuisti tibi exempla
et imagines luculentas amplissimae, nobilissimaeque fami-
liae BERCKELMANNIANAE, quae olim in aulis, in ambone item
sacro, scholisque regiis fulserunt, et hodie fulgent.
Haec b. DRANSFELDIUS.

Hac vero occasione, dum et parentis mei τὸ
μακαρίτησ honorifica a praeceptore optimo fit men-
tio, veniam dabunt aequi lectores, quod pie-
tati, quae filium beneficiorum memorem decet,
non nihil indulgeam, et publice profitear, cu-
rae et prouidae circumspectioni huius, in illa sua

τὸ μακαρίτησ μακαρίτησ μακαρίτησ μακαρίτησ mul-

multorum annorum tristi viduitate, adflictaque
fere per omne tempus valetudine; de educatione
et institutione mea mire solliciti, et ad optima
quaeque semper cohortantis patris tantum me de-
bere quantum patri bene merentissimo quisquam
mei ordinis debere vniquam potest. Nam et te-
nera admodum aetate Helmstadii, in domo aui-
ta, et ludo oppidano, litteratissimo in primis VFFE-
LIO, rectori deinde scholae Alfeldensis, et aliis
bonis praceptoribus; tum et VITO TROSTIO, vi-
ro Graece et Latine doctissimo, in solitudine lit-
teraria Elligehusae prope Gottingam acuum exi-
genti, qui ad limpidos eruditionis fontes fidelis-
sima ultra biennium manu me duxit; deinde in
Gymnasio Gottingensi iam laudato IVSTO A
DRANSFELD, rectori, et IO. IVSTO AB EINEM con-
rectori, vtrique cum de innumeris aliis, tum de
me insigniter merito, non publica solum, sed et
priuata, et singulari institutione per sexennium
me formandum tradidit; in progressus meos cu-
riose inquisiuit; in epistolis latinis conscribendis,
quas ipse sane elegantes exarabat, suo exemplo,
etiam cum in scholis et academiis versarer, indu-
striam meam prouocauit; poeseos Graecae et
La-

Latinae, saepe etiam extemporalis, praecipue in itinibus, sedulam exercitationem visit; otio quoque, cum per intervalla ad ipsum diuerterem, ut recte vterer, impendebam autem illud ante, ad academiam quam accederem, maxime legendis, excerpendis ac imitandis Homero, Virgilio, Horatio, semper prospexit; in comparandis mature libris eximiis, et studiis deinde in academia Iulia, aliisque illustribus Musarum sedibus per ipsos nouem annos continuandis, nullis perpercit sumtibus; atque ita omni meliori modo id egit, et totus quasi in eo fuit, ut laboriosae quidem, sed mihi tamen non molestae, et publice utili spartae litterariae a puero rite praeformarer: in qua et hoc loco saxum Sisyphi, non casso tamen labore, a me volui, per aliquot annos lubens vidit, et salutaribus mihi saepe consiliis subuenit. Haec parentis optimi in me merita laudans, testes appello non nisi tres primarios, qui et b. virum per complures annos nouerunt, et fauore suo, de quo et mihi gratulor, et gaudeo, dignati sunt; nempe summe venerabilem D. PHILIPPVM LVDOVICVM BOEHMERVM, Gottingensi olim, nunc Cellensi in vrbē et ducatu summum sacrorum Praefulem,

B

fulem,

sulem, et hodierna Gottingae lumina, celeberrimum D. CHRISTOPHORVM AVGVSTVM HEVMANNVM, et consultissimum D. IOACHIMVM MEIERVM, quorum nominibus titulos et elogia per orbem litteratum decantata addere superuacaneum censeo. Ceterum et hodiernus Gotingensium Chrysofostomus, summe venerabilis D. GVDENIVS b. parentem meum, aduenientis tanti Praefulis serena fronte, vt probe memini, mire recreatum, si vita huic diutius suppetiisset, eadem sine dubio, qua laudatissimi antecessores, BVTEMEISTERI, BOEHMERI, FISCHERI, et qui eius in florenti aetate praeceptores fuerant, TOLLII atque IANI, beneuolentia complexus esset. Tum et maxime reuer. HAGEMANNVS, dioeceseos Mündensis Superintendens optime meritus, quem itidem, vtpote ephorum, testem grauissimum adhibitae a genitore meo in munere sacro, fidei, curae, atque solertiae sanctioris citare possum, traditum quasi ab antecessoribus optimis, WECKE-NESENIO, atque GRVPIO fauorem continuasset. Sed ampliori commemoratione, quae et hoc loco aliena videri posset, minime opus est. Nam

ct

fatus, pro acceptis in Neandrino hoc non incele-
bri athenaeo beneficiis pias decentesque aget gra-
tias, quibus debentur. Turpe enim censet, et inge-
nuo Musarum cultori minime conueniens, quod
faciunt hospites ingrati, iuvenes vecordes, et offi-
cii sui parum memores, posthabita omni gratia-
rum actione, indecoro cum silentio abire, et
quasi fuga se proripere. Non ille in horum nume-
rum referri, sed cum his, quos oratione probe ela-
borata publice valedicentes, et eo, quod prome-
runt, testimonio ornatos vidit, pari passu am-
bulare voluit. Praeiuerunt autem laudabili exem-
plo hisce proximis mensibus, et diebus *gente et lit-
terarum cultu nobilissimorum, et maximam partem ex sacro
munere reuerendorum parentum non degeneres filii*, CHRIS-
TOPH. FRIDERICVS WEDEKIND, Ricklinga-Hano-
ueranus, qui d. xvi. Iun. habita oratione diserta et
eleganti *de juris naturae studio legitimo et praestantissimo
in vita civili usu* discessit. IO. FRIDERICVS PVLIS, Lip-
prechteroda-Hanoueranus, qui d. xv. Sept. recita-
ta oratione, cum sale et melle eruditionis scripta,
de emendata per bonas litteras theologia, abiit. GEBH. BAL-
THASAR ZORN, Wunstorpio-Hanoueranus, qui
ante diceffum d. ii. Oct. *de fatiis philosophiae in Germania*
non

non inconcinne verba fecit. Et AVGVSTVS STOCK-
MANN, Holdenstadiensis Thuringus, qui d. iv. Oct.
oratione copiosa et optimis sententiis abundante
*de necessaria cognitione sui, et diiudicatione propriarum co-
gitationum secundum regulas logicas, ethicas, et theologicas.*
Ilfeldae valedixit. Hosce vero bonos et gratos
scholae Neandrinae alumnos honoris causa hoc
loco nomino, et ceu genuinos optimarum artium
cultores, erectiori indole, belle iactis fundamen-
tis, strenua industria, Deoque et hominibus grata,
et verae felicitatis effectrice probitate, vt omina-
ri ac sperare fas est, ad omne decus enifuros, illu-
stribus Maecenatibus ac Patronis, tenues hasce pa-
ginas serena fronte respicere dignantibus, maio-
rem in modum commendo. Ceterum, vt et hisce
iungendi BERCKELMANNI mei orationem valedi-
ctoriam crastina luce hora decima recitandam et
qui propinqui nobis sunt, Musarum fautores, et
eadem haectenus castra secuti commilitones bene-
uola auscultatione dignari velint, quo par est stu-
dio oratum atque hortatum eo.

P. P. IN ILL. COLLEGIO ILEELD, VIII. ID. OCT.

A. MDCCXXVIII.

**

